

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pavli Manvtii Commentariivs In M. Tvllii Ciceronis Epistolas Ad Diversos

Accedvnt Eivsdem Scholia Et Hieronymi Ragazonii In Easdem Ciceronis
Epistolas Commentariivs

Manuzio, Paolo

Lipsiae, A.C. MDCCLXXIX

VD18 90852230

Epistolae XI.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:hbz:5:1-219543](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-219543)

Quae quoniam] Ea quae lenius ac liberalius fiunt.

In temporum inclinationibus] Opportunitates temporum, vel paruae, ad impetrandum saepe adiuuant. qua de re vide lib. 2. epist. 16.

Leuandi] Qui iuuat, idem dolore leuat, vel, *leuandi*, calamitate exsultii.

Procluius] Facilius; quia per cliuos facile descenditur. sic lib. 2. de Offic. c. 20. *Dictu quidem est procluius*. et in Laelio c. 18. *Amicitia remissior esse debet, et liberior, et dulcior, et ad omnem co-*

mitatem, facilitatemque procluius. In Tusculana tamen quarta c. 12. *Haec in bonis rebus, quod alii ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur, in malis, procluius, ut significet lapsionem.*

Quod est in uno te] Hoc ipsi praestare non possumus; in te uno situm est.

Quae sunt in fortuna] Praesentem eius calamitatem ad fortunam refert; et eam non fore perpetuam ostendit, cum ait, *temporibus reguntur*: id est, ratio temporum moderabitur: nos autem, quantum consilio licebit, occurremus.

EPISTOLAE XI.

ARGVMENTVM.

Reditum in patriam Dolabellae maxime beneficio impetratum nunciat gratulationem ab ipso exposcit: gratiarum actionem repudiatur. iacturam fortunarum et aequiore animo ferat, hortatur: quando nec rei familiaris damnum cum acquisitae dignitatis lucro conferri debent; nec priuata res, cum publica sit amissa, magnopere curanda videatur. Praedicationem suorum in illum officiorum sibi non ingrati esse confitetur. Eodem anno.

EXPLANATIO.

Dolabellam] P. Cornelium Dolabellam, antea Ciceronis generum: de quo supra diximus. diuortium iam cum Tullia fecerat, quo tempore scripta est haec epistola. id licet coniecere ex lib. 11. ad Attic. epist. 23. quae scripta est ante bellum Africanum: haec vero ad Trebiantum omnes post id bellum. nec vero simul cum affinitate dirempta amicitia est. (nisi si temporum causa simulatum est) exstant Ciceronis epistolae lib. 9. ad Dolabellam insigni cum amoris argumento: et haec ipsa, prodesse Ciceroni gratiam Dolabellae apud

Caesarem in amicorum negotiis, demonstrat.

Non desueram eius periculis] Bis eum Cicero, ante filiam suam ei collocatam, in capitis periculo defenderat. lib. 3. epist. 10.

Quam gratias agere] Respuat enim verus amor gratiarum actionem.

Vere facere poteris] Quia maxime gaudeo impetrata salute tua; ideo, si mihi gratulaberis, iure et vere facies. nam, *vere gratulari*, est, cum causa gratulari, ut in epistola sequenti.

Virtus]